Quelle: https://manuscripta.at/?ID=5026
Copyright: CC BY 4.0 <img
src="https://manuscripta.at/styles/icon_cc_by.png">



Marcus 249

amen dico tibi, quia tu hodie in
hac nocte, priusquam gallus bis vo
cem dederit, ter me negabis.
At ille amplius loquebatur, Et si opo
tuerit me simul comori tibi, non te
negabo. Similiter autem omnes dicebant.
Et venit in prediu cui nomen geth
semani. Et ait discipulis suis: Se
dete hic donec orem. Et assumit pe
trum et iacobum et iohannem secum
et cepit pauere et tedere. Et ait
illis. Tristis est anima mea usque ad
mortem. Sustinete hic et vigilate.
Et cum progressus esset paululum, procidit
super terram et orabat, Vt si fieri pos
set transiret ab eo hora. Et dixit: Ab
ba pater, omnia tibi possibilia sunt
transfer calicem hunc a me. Sed non
quod ego volo sed quod tu. Et venit, et
inuenit eos dormientes. Et ait pe
tro: Simon dormis? Non potuisti vi
na hora vigilare? Vigilate et
orate vt non intretis in temptacio
nem. Spiritus quidem promptus est, caro ve
ro infirma. Et iterum abiens orat
eundem sermonem dicens. Et iterum
dum inuenit eos dormientes. E
rant enim oculi eorum grauati: et
ignorabant quid responderent ei. Et
venit tertio. Et ait illis: Dormite
iam et requiescite. Sufficit. Venit
hora: ecce filius hominis tradetur in
manus peccatorum. Surgite, eamus
ecce qui me tradet prope est. Et ad
eo loquente, venit iudas scariothes
unus de duodecim: et cum eo turba
multa, cum gladiis et lignis a pri
mis sacerdotibus et scribis et se
nioribus. Dederat autem traditor
eius signum eis dicens: Quemcumque
osculatus fuero ipse est, tenete eum
et ducite caute. Et cum venisset: sta
tim accedens ad eum ait Rabbi. Et
osculatus est eum. At illi manus im
posuerunt in eum et tenuerunt eum. Vnus
autem quidam de astantibus educens
gladium percussit seruum summi sacer
dotis: et amputauit illi auriculam
Et respondens iesus ait illis: Tamquam
ad latronem existis cum gladiis
et lignis comprehendere me. Cotidie eram apud vos in templo docens
et non me tenuistis. Sed ut impleantur scripture. Tunc discipuli eius
relinquentes eum omnes fugerunt.
Adolescens autem quidam sequebatur
eum amictus sindone super nudo
et tenuerunt eum. At ille relicta re
lecta sindone nudus effugit ab
eis. Et adduxerunt iesum ad sum
mum sacerdotem: et conuenerunt omnes
sacerdotes et scribe et seniores.
Petrus autem a longe secutus est eum
usque intro in atrium summi sacerdo
tis: et sedebat cum ministris ad ignem
et calefiebat se. Summi vero
sacerdotes et omne consilium querebat
aduersus iesum testimonium ut eum
morti traderent, nec inuenebat.
Multi enim testimonium falsum dicebat
aduersus eum: et conuenientia testi
monia non erant. Et quidam surgentes
falsum testimonium ferebat aduersus
eum dicentes. Quoniam nos audiuimus
eum dicentem. Ego dissoluam templum
hoc manufactum: et post triduum alio
nonmanufactum edificabo. Et
non erat conuenientes testimonium illorum.
Exurgens autem summus sacerdos in
medium interrogauit iesum dicens:
Non respondes quicquid ad ea que ti
bi obiciunt? At ille autem tacebat et
nihil respondit. Rursum summus
sacerdos interrogabat eum: et dixit ei:
Tu es christus filius dei benedicti.
Iesus autem dixit illi: Ego sum. Et vide
bitis filium hominis sedentem a dextris
virtutis dei: et venientem cum nubi
bus celi. Summus autem sacerdos scidit